




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Ignatius Episc. M. Desiderium patiendi pro Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. IGNATIUS EPISC. M.

Desiderium patiendi pro Christo.

Deus, pro cuius amore **THEOPHORVS**
IGNATIVS bestiarum dentibus com-
minui optavit, ut panis mundus inve-
niretur; da nobis verum multa pro te
patiendi desiderium, & firmam in to-
lerando constantiam.

Ora pro persecutionem patientibus.



IGNATIVS, Joannis Evangelistæ discipulus, & proximus post Euodium S. Petri successor in Cathedra Antiochena, tenuit illam ab anno circiter 67 ad 107; quando transeunte illac ad bellum Persicum Traiano damnatus ad bestias, declaravit haud evano sibi inditum vulgo fuisse THEOPHORUM nomen: dum Ecclesias, alias transiens confirmaret verbis, alias epistolis scriptis. Romano scilicet Amphitheatro debebatur tam insignis pugil. Ibi pro voto suo dentibus leonum discerptus cum esset, reliqua ejus ossa Antiochiam revexere fideles, atque in coemeterio ante Daphniticam portam sepelierunt. Inde elevata in urbem transfusa Theodosius Junior, ad Fortunæ templum ipsi dedicatum. Anno autem 637, captam à Saracenis Antiochiâ, triumphales Reliquias piorum cura Româ detulit ad S. Clementis: unde variæ postea Ecclesiæ nascuntur aliquid. Caput diu Bohemia tenuit, quoad illud Societatis Jesu Patres an. 1572 Romam retulere ad templum, in quo synagoga omni Sancti & Fundatoris eorum Ignatii corpus servatur.

Certus sum, quia neque mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Jesu Domino nostro. Rom. 8.